



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1858**

LXXI. Die Markgrafen Otto und Woldemar bekunden, von der Stadt Stendal ein Darlehn von 80 Mark Silber empfangen zu haben, am 6. August 1308.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54890](#)

LXX. Die Markgrafen Otto und Woldemar befreien die Stadt Stendal von einer Zahlung von 80 Mark Rente, weil Busso von Barby in einen geistlichen Orden getreten sei, am 10. Mai 1308.

Nos Otto et Woldemarus, dei gracia Brandenburgenses, Landesberge et Lusatiae Marchiones, recognoscimus et ad univerorum noticiam tenore prefencium publice volumus pervenire, quod religioso viro domino Buffoni de Barboy dicto sunt octoginta marcarum redditus abiudicati certis et veris sentenciis, et nobis adiudicati sentenciis memoratis, presentibus principibus, Baronibus, ministerialibus, militibus atque multis aliis hominibus fidei testimonio decoratis, ob id, quod ordini se tradidit, velud patet. Hanc quoque pecuniam idem Busso a nobis habere deberet singulis annis, quibus viveret, et eandem sibi nostre civitatis Stendale cives, ut pote eorum patentes litere super hoc date lucidius docent, dare nostro nomine tenerentur, si ordo, cui se tradidit, non obstat. Propter quod eciam nos predictos cives Stendalienses universos a promisso, quod super solucione pecunie ipsi Buffoni de Barboy prestiterunt, absolvimus, reddendo de hoc, ut testamur in facri imperii examen, liberos penitus et exemptos, ita quod ipsi cives ex nunc nulli hominum ipsam pecuniam dare, quam cui dare assignaverimus, teneantur. Volentes eciam quemlibet hominem temera presumcione contrarium ponentem premissis sententiis aut dicentem de mero jure facri Imperii conuincere ac omnino mendacem reddere, ut pote evidenter per patentes literas protestamur. In cuius facti testimonium evidens presencia scripta super hoc confecta tradidimus nostrorum signorum autentico roborata. Testes eciam hujus facti sunt nobiles viri Dominus Albertus de Barboy, Heinricus de Regenstein, Hermannus de Roseburch et quam plures alii fide digni. Actum et Datum juxta Tangermundis circa Albeam, Anno Domini MCCC octauo, in die beatorum Gordiani et Epimachi martirum.

Nach dem Originale des Stendalschen Rathssarchives No. 40.

LXXI. Die Markgrafen Otto und Woldemar befunden, von der Stadt Stendal ein Darlehn von 80 Mark Silber empfangen zu haben, am 6. August 1308.

Nos Otto et Waldemarus, dei gratia Brandenburgenses, Landesbergenses atque Lusatiae Marchiones, omnibus tenorem prefentium percepturis volumus esse notum, manifesta recognitione presentibus publice profitentes, quod dilecti nostri consules, et Burgenses Stendalienses nobis ad nostram necessitatem Octoginta Marcus argenti Brandenburgensis mutuo prestiterunt, cujus pecunie medianam partem ipsis promisimus descendendam, videlicet XL marcas in festo Sancte Walburgis proxime affuturo de pecunia, quam nobis dare illo temporo tenebuntur, Et in festo B. Martini Episcopi proxime subsequenti ipsis residuas XL marcas, quas nobis tunc dare deberent, promisimus defalcare. In hujus squidem promissionis evidentiam ampliorem presentes lite-

ras eisdem dari iussimus sigillorum nostrorum munimine roboratas. Actum et datum anno domini Millefimo Trescentesimo octauo, in die S. Syxi pape et martyris.

Nach dem Originale des Stendalschen Rathsarchives No. 39.

LXXII. Markgraf Woldemar überweist der Stadt Stendal zur Tilgung seiner Schulden die nächstfälligen Abgaben der Stadt, am 12. Februar 1309.

Nos Woldemarus, Dei gratia Brandenburgensis, Landisbergensis et Lusacie Marchio, tutorque illustris Iohannis, Marchionis Brandenburgensis, recognoscimus et ad uniuersorum notitiam tenore presencium publice cupimus peruenire, Nos nobis fidelibus civitatis Stendal in recompensam aliqualem suorum debitorum pecuniam, quam nobis ad deputatos terminos tenentur erogare, videlicet in terminis infra scriptis tollendam assignasse similiter et accipiendo, scilicet a festo beate Walburgis nunc proximo ulterius ad spacium unius anni XL marcas, in festo beati Martini immediate subsequenti XL, in festo beate Walburgis immediate subsequenti XL marcas, item in festo beati Martini confessoris immediate subsequenti quadraginta, quod in summa obtinet centum et quinquaginta cum decem Marcis. Addicimus etiam, si nos medio tempore viam carnis ire contigerit, quod ab sit, extunc nostri veri heredes supradicta conseruent grata pariter atque rata. Testes hujus sunt Dominus Nycolaus de Buck et Gerhardus de Kerkowe et quam plures alii fide digni. In cuius rei testimonium presentem literam nostri sigilli munimine duimus roborandam. Datum Tangermunde, anno domini Millesimo CCC<sup>o</sup>. IX<sup>o</sup>, in die Cynerum.

Nach dem Originale des Stendalschen Rathsarchives No. 41.

LXXIII. Markgraf Woldemar und die Markgräfin Anna bestätigen dem h. Geist-Hospital von ihren Vasallen verkaufte Besitzungen und verleihen dem Hospital zum Seelenheil des Markgrafen Hermann das Eigenthum daran, am 8. Mai 1309.

In deme Namen Gotes Amen. Wie Woldemar, von der gnaden gotes Marcgraue tv Brandenborg vnd tv Landesberg, vnd Vormunder des edelen Vorsten Marcgreue Janes, vnde wir Anna, van derseluen Gnaden willen tu Brandenborg vnde tv Lusitz Marcgreuinne vnde Vrowe tv Hinnenberg, bekennen vnd bethugen mit disen jeghenwardigeu briue, dat vse Ridder Her Zabel van Dobrun mit ganzem Wisen finer Ersnamen heuet vorkost rechtlike vnd redlike dem Huße des heiligen Geistes to Stendal twe Huwen Erues vif Morgen min in dem Dorpe tu der Kaluerwisch, vnd einer Huuen thegenden ouer dat selue Erue, funderlike dat hogeste Richte vnde dat siedeste ouer die vestein Morgen, dar die vorbenante Hof uppe leght, vor anderhalf Hundert Marck Brandenborgs Silbers vnd Wichtes, vnde dat is ime vorgulden, vnde hic